



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCCLXVIII. Continuatio ejusdem Argumenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

360 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.

Quid adhuc mihi deest? Nunquam vero, etiam si nullus
violati Precepti tibi conscientia sis, te aestimes comprehen-
disse, ut cum S. Paulo dicere possis Philipp. 3. 1.
13. Fratres ego me non arbitror comprehendisse. Unum at-
tem, quae quidem retro sunt, obliviscens, ad ea vero, quae
sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequo
ad Bravium supernae Vocationis DEI in Christo IESU.
Quicunque ergo Perfecti sumus, hoc sentiamus.

MEDITATIO CCCLXXVIII.

Continuatio ejusdem Argumenti.

Matth. 19.

PUNCTUM I. Ait illi JESUS: Si vis Perfectus esse, nra
de, vende, quae habes, & da pauperibus, & habebis
Thesaurum in Cælo: & veni, sequere me. Matth. 19. v.
21. Ex his verbis considera 1. Dignitatem Status Volun-
tariæ Paupertatis, qui ab ipso Christo Adolescen-
ti Diviti ad Perfectionem deesse dicebatur. Consi-
dera 2. ad Statum Voluntariæ Paupertatis præsuppo-
ni desiderium Perfectionis. Si ergo elegisti hunc
Statum, semper ardeat in te desiderium Perfectio-
nis. Considera 3. Ad Perfectionem non sufficere,
omnia deseruisse, & dedisse pauperibus: sed insuper
dici tibi à Christo: Veni, sequere me. Hunc Ducem
ad Perfectionem sequi debes, postquam impedimen-
ta depositisti.

PUNCT. II. Cum audisset Adolescens verbum, abi-
tus: erat enim habens multas possessiones. v. 22. Sic qui
Vocationem suam negligunt, vel qui Perfecti esse
nolunt, nec Perfectionem assequuntur, nec in hac

vita verè lætantur; sed tristitia & stimulis Consciencie semper aguntur. Vera autem lætitia studio Perfectionis obtinetur. Gratias itaque age Deo, si divitias & alia impedimenta à te removit, vel si animum tuum ab illis efficaciter avulsit; quod Beneficium, sicut prædicto Adolescenti, omnia Dei Mandata à juventute sua custodienti, non contigit; sic innumeris alijs, longè te melioribus, & dignioribus negatum est. Necesse est ergo, ut respondeas Beneficio efficacis Vocationis. Denique considera, signum animi inordinate adhærentis creaturæ esse, si ob ejus subtractionem contristetur: *Quia*, ut inquit S. Augustinus lib. I. de Serm. Dom. in Monte. c. 3. *Non relinquitur sine dolore, quod cum delectatione retinetur.* Ut itaque minimè tristeris, nulli creaturæ inordinate adhæreas.

PUNCT. III. *JESVS autem dixit Discipulis suis: Amen dico vobis: quia Dives difficile intrabit in Regnum Cælorum. Et iterum dico vobis: Facilius est, camelum (sive animal gibbosum, sive funem nauticum intelligas; utrumque enim impossibile est) per foramen acūs transire, quam Divitem intrare in Regnum Cælorum.* v. 23. Divitiae enim illicium, & instrumentum sunt gravium peccatorum, & temptationum difficulter superabilem; imò sine Gratia Dei speciali nunquam superandarum. Ideo Christus Discipulis in animo suo dicentibus: *Quis ergo poterit Salvus fieri?* Dixit: *Apud homines hoc impossibile: apud DEVM omnia possibilia sunt.* v. 26. Agnosce Felicitatem tuam, quod tanto periculo damnationis exemptus sis; & fac, ut erga oppositionem Paupertatem eo amore feraris, quem meretur is, qui ab æterno interitu te eripuit. Unde neque

362 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum,
in minimo eam offendas, sed summo illam studio
colas.

M E D I T A T I O CCCLXXIX

*Premia Spontaneam Paupertatem
profitentibus destinata.*

Matth. 19. v. 27.

PUNCTUM I. Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce
nos reliquimus omnia, & securi sumus te: quid ergo erit
nobis? Matth. 19. v. 27. Vide, an hoc ipsum cum veri-
tate dicere possis; & an re, & affectu reliqueris omni-
ut nulli creaturæ animus adhæreat. An etiam lequa-
ris Christum, insistens Vestigijs ejus, & in neutram
partem deflectas. Deinde si omnia reliquisti, pudeat
iterum rei vilissimæ adhærere. Si Ducem Christum
elegisti, neminem alium deviantem sequaris.

PUNCT. II. **JESVS** autem dixit illis: Amen dico vobis,
quod vos, qui secuti estis me, in Regeneratione (id est,
in Resurrectione mortuorum) cùm sederit Filius ho-
minis in sede Majestatis suæ, sedebitis & vos super Sedes dia-
decim (id est, tot, quot estis futuri, sequentes me) ju-
dicantes duodecim Tribus Israël (per quas universitas ho-
minum significatur, etiam non descendentium ab
Israële.) Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut
sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios,
aut agros, propter Nomen meum, centuplum accipiet, &
Vitam Æternam possidebit. v. 28. S. Marcus ita refert c.
10. v. 29. Respondens **JESVS** ait: Amen dico vobis: Nema-
est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut pa-
trem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & pro-